



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

II. post Dominicam S. Trinitatis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

tar, & regnum consequuntur beatum. Qui verò reprobi sunt, paucorum (qua hic gesserunt) honorum retributionem hic quoque accipiunt temporalem: & pro peccatis magnis, qua hic expiari nequeunt sine charitate, pœnas dabunt postea sempiternas. **Hic iam eligat quisque, utrum velit aut temporaliter hic lugere ac pati incommoda, & tandem ab his non modo liberari, verum perpetuis etiam bonis frui aut bonis delectabilibus huius vita affluere, frænoque nullo obedere ac disciplina cohiberi, & tandem carcere perpetuo inferni obstringi?** Huius enim rei causa Dominus Iesus historiam hanc recenset, duorum vitam dissimilem, exitum quoque & præmium dispar virtusque describens. Non est ut aut ore, aut ita viuens opere dicas: Ad patriam cælestem tendere volo, nectramen temporalia hæc gaudia non amare. Contradicit namque tibi Christus. **Nemo, inquiens, potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit & alterum contemnet.** Quem unum certè si obtinere volueritis, necessè est ut hæc mundi gaudia non ametis. Quod nobis largiatur Iesus Christus in æternum benedictus, Amen.

### DOMINICA II. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola prima Ioannis tertio.

**N**olite mirari fratres, si odit vos mundus. **Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.** Qui non diligit, manet in morte. **Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.** Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem. In hoc cognoscimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. **Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?** Filii mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.

### PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

In hac epistola, qua Dominica hac legenda nobis prescribitur, præmotio sit nobis, ne exterreamur aduersitatibus, persecutionibus ac mundi odij, quibus Dei seruos mundus premit, necessaria, recordantes illius Apostolicæ sententia: **Omnes qui per volunt vitare in Christo, persecut. non compati-** <sup>2. Tim. 3.</sup> **tur: omnesque, quam hic Iohannes dicit: Charissimi, nolite mirari si odit vos mundus.** Cum enim vos quicquid est mundi contemnatis, illi diligant qui filij sunt seculi & amici, magnificantesq; necesse est, ut dissidentias. Dissidentias autem & discordias sequitur odia & persecutiones. Proinde Apostolis Salvatoris ad passionem iterus, prædictis: **Si mundus vos odiat, sitote quia me priorem vobis** <sup>Ioh. 15.15.</sup> **estis in Iesu.** **Nisi de mundo esisti mundus quod in te est, diligere.** **Qui vero de mundo non esisti, si de ego elegi vos de mundo propterea ut i vos mundus.** Sequitur: Nos scimus quia translati sumus de morte culpe ad vitam gratiam, quia diligimus fratres. Christo nobis hoc signum consituente, quando dicebat: **In hoc cognoscunt omnes**

LLL 4 qui

Ioan. 13.

quia mei es tu discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Itaque in hoc, inquit Iohannes certum signum habemus in nobis, quod translati de morte sumus ad vitam, quandoquidem diligimus fratres spirituali amore in Deo. Hoc securius quam nos dicere potuerunt Apostoli, qui se in gratia Dei confirmatos per Spiritus sancti plenitudinem receptam nouerunt. Nos autem pie quidem sperare possumus, nemo tamen certo scire potest, an amore odiove dignus sit: nisi quod signum habemus ex charitate fraterna, ad fortē nos pertinere electorum. Ceterum ediuerso, qui non diligit Deum ac proximum per charitatem, manet in morte, hoc est sub damnatione nisi conuerterit se perpetua. Omnis qui odiat fratrem suum, homicida est. Qui non diligit, dixit, manet in morte. Cum verò non diligere sit minus adhuc quam odire, quomodo odiens non maneat, si non diligens manet in mortalitate. Igitur qui odiat fratrem suum, non solum manet in morte, sed etiam homicida est. Primo, propriam suam animam necans. Deinde, etiam infirmorem proximum adodium rancoremve prouocans. Si ille quoque in anima moriatur, ipse suo illum odio necauit. Et scivis quoniam omnis homicida non habet vitam in se manentem. Est enim obnoxius aeternae damnationi, utpote in culpa constitutus mortali. In hoc cognouiimus charitatem Dei, erga nos, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, quem non deseret sapientiae eius alium inuenire modum, quo nos redimeremur, nisi summam illam ostendere voluisse charitatem, qua maiorem nemo habet, ut animam suam poneret pro amicis suis: imo etiam pro inimicis posuit illam. Et nos debemus pro fratribus animas, id est, vitam corporalem nostram ponere. Vita namque nostra corporalis, seu corpus nostrum, vera viliores debent à nobis astinari, quam anima proximi nostri, ita vivit tam nostram corporis nostrum demus portius in mortem, quam proximum nostrum, etiam inimicum nostrum finamus mortale peccare delictum, ubi id monendo cauere possumus. Qui habuerit huius mundi bona temporalia, videritque fratrem suum necessitatem ex penuria euidenter pati, & clauerit ei viscera pietatis, nihil illi tribuens neque subueniens, quomodo charitas Dei manet in eo? Misericordia manet in illo. Quippe qui non habet charitatem, utpote durus & avarus atque immisericors. Filii non diligamus verborum blanditijs, nec promissionibus tantum linguis, sed opere praestemus charitatem ac veritatem. Opera nostra atque adeo ipsa, quantum diligamus vel inimicos nostros, charitas in nobis manifestet.

*EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ II.  
post S. Trinitatis solennitatem, Luce XIV.*

Dominica superiori proxima descriptus nobis est status duorum hominum, neque hic in vita neque post mortem aequaliter habentium. Alter enim horum hic vixit felix, post mortem miser: alter hic misericordia fuit, post mortem felix, quo disceremus mundum contemnere, non fidem terrenis, nec abutri concessis rebus. Amatores enim suos hoc modo beatitudinis, ut perpetuo eos faciat infelices. Hodie verò proponitur nobis, quantum misericordia.

Eccl. 9.

Ioan. 17.

Ibidem.

misericorditer sumus vocati tam ad gratiae quam ad cœlestis gloriae coenam, quæ eriam sicut, quæ auocent nos, undeve impedimur, ne veniamus. Itaque dicit Euangelium.

Homo quidam fecit coenam magnam.

Anquam hæc diceret verba Christus monuerat quomodo essent conuiua seruanda. Vocando enim ait conuiuas pauperes, & qui non habent unde retribuant, sed retribuatur nobis in resurrectione iustorum. Ad hæc quodam dicente: *Beatus est qui manducabit panem in regno Dei.* dixit Iesus: *Homo* *Lucz 14.* quidam fecit coenam magnam. *Quis iste sit homo, dubium non est quin sit* *Dominus noster Iesus Christus,* *verus Deus & verus homo in una persona.*

Vocatur autem homo, dum clementia & humana eius benignitas in parabolis est describenda: dicitur etiam quidam homo, quod singularitatem significat. Est enim Christus reuera homo singularis & ab alijs discretus. *Est* enim solus ex omnibus de Spiritu sancto conceptus, hominis, hoc est, *Mariæ Virginis,* & non viri filius. *Est* etiam ab omni peccato alienus: nec homotantum, sed etiam Deus. Hic fecit coenam magnam. Duplicem coenam

*Christus suis exhibet electis.* Prima coena est gratia, quam Deus facit homini reverenti à peccato. Huius habemus parabolam Euangelicam de eo, qui patrimonium suum acceptum peregre profectus consumpli inutiliter & in peccatis. Quo reverente pater occidit vitulum saginatum, & communio

lucratur ad gratulandum reverenti ad se filio. Vitulus saginatus & occisus Christus Dominus noster est, omnium virtutum & gratiarum plenus, parus de occiduo sua passionis nos reficit gratia. Per hancenim redempcionis nostræ efficiuntur participes & incorporamur Christo, ut eius simus membra Dei filij & heredes. Ex illo enim spiritualis gratia in omnia membra diffunditur,

que vivificat nos, impinguat, recreat & confortat. Eam ob rem Christus clamat: *Venite ad me omnes qui laboratis & oneratis, & ego vos reficiam.* Item que: *Ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi portu[m] introibo ad illum, & coenabo cum illo.* Eius coenare est suæ gratia nos parti-

cipes facere. Itaque coena gratia cibos habet suos. Quæris qui cibi sint? Co- gnosce scipsum, detestari propria peccata, odisse propria vitia, amare virtutes, inquirere & diligere beneficium Dei. Vocatur autem coena ideo,

quia est ante ingressum requies, ante dormitionem mortis necessaria animæ refæctio. Dicitur quoque coena magna, quia maximus & Omnipotens est, qui coenam exhibet. Est etiam magna propter cibi nobilitatem. Caro mea, inquit, verè est cibus. Dicitur præterea magna, quia magna charitate nobis est parata. Maiorem namque dilectionem habet nemo, quam ut ani-

mansuam ponat quis pro amicis suis. Est alia coena gloriae cœlestis, de qua scriptum est: *Beati qui ad coenam nuptiarum agni vocati sunt.* Vis huius coena audiare præparationem? Apostolus ait: *Oculus non vidit nec auris audivit, nec in cor homini ascendit, quæ preparauit Dominus diligentibus se.* Dicitur etiam

beatitude cœlestis coena, quia post laborem recipitur coena, ita refæctio gloriz post omnia certamina, consummatissimæ laboribus & miseriis huius vitæ percipitur. Deinde sicut post coenam instat requies, nec redditur ad laborem, ita percepta beatitudine cœlesti, non redditur ad huius vitæ certamina ac la-

*Christus rei*  
*dicatur ho-*  
*mo quidam.*

*Lucz 14.*

*Cœna du-*  
*plex quam e-*  
*lectis exhibi-*  
*ter Deus.*

*Lucz 14.*

*Vitulus sagi-*  
*natus, parus de occi-*  
*dio sua passio-*  
*nis nos reficit*  
*gratia.*

*lucratur.*

*Cœna pri-*  
*mix cibi qui*  
*sint.*

*Cœna haec*  
*cur dicatur*  
*magna.*

*IOAN. 6. 15.*

*II.*

*Apoc. 19.*

*Malix 64.*

*I. COR. 2.*

*Beatitude*  
*cœlestis cur*  
*cœnæ appell-*  
*etur.*

MM M Amodo

Apoc. 14.  
 Baruch 3.  
 Matth. 8.  
 Apoc. 7.  
 Esther 1.  
 Hebr. 1.  
 Ioan. 17.  
 Psalm. 10.  
 Psal. 83.  
 Augustin.  
 Vita eterna  
 incunditas  
 quanta.  
 Psal. 16.

*Amodo enim dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Est præterea cena magna propter domus conuiuij amplitudinem, de qua scriptum est: O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessoris eius. Secundo, magnatur propter conuiuarum multitudinem. Multi enim Christo teste, venientib[us] oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaiae & Iacob in regno celorum. In Apocalypsi quoque: Vidi, inquit Ioannes, turbam magnam, quam dimidie re nemo poterat. Tertio, propter ministrantium nobilitatem dicitur magna figuratur enim in conuiuio Assueri regis, qui singulis mensis ministros proposuit de principibus suis, hoc est, de Angelis suis. Hi enim omnes sunt administratorij spiritus, &c. Quarto, dicitur magna propter feculorum abundantiam, dignitatem & preciositatem. Dominus enim Deus ipse preciosissimus est cibus huius conuiuij. Hac est, inquit, vita eterna, ut cognoscant resum Deum verum, & quem missi sunt Christum. Quam magna multitudo dulcedine tue Domine, quam absconditum in te. Si magna est timentibus te, quam est regnabitibus tecum? Reuera ut iterum Psalmista dicit: Melior est dies tuum atrijs tuis super millia. Et sanctus Augustinus: Tanta est, inquit, iucunditas vita eterna, ut si etiam non liceret in ea manere, nisi viuis diei mora, proper hoc innumerabiles anni delitiarum huius vitæ contemnerentur. Quia, est magna cena quia omnium desideriorum plena est satietas absque satiatio. Interim enim semper nobis deficit aliquid, nec plena vnde quam est nobis aut requies aut felicitas. Sed tunc, ait: Psalmista, satiabor, cum aqua erit gloria tua.*

### Et vocauit multos.

Vocathominem. Deus  
 multis modis.  
 Matth. 11.

**I.**  
 Matth. 3.  
 Vox Christi  
 quæ continuo  
 vocat hominem  
 quæ.  
 Psalm. 84.  
 Psalm. 94.

**II.**  
 Literæ Christi  
 quæ sunt.  
 Nunciij Christi  
 qui sunt.  
 Ioan. 10.  
 Luce 6.

**III.**  
 Deus vitiosus  
 vocet mactu  
 & nutu.

Vocatio Dei multiplex est, qua nos inuitat ad coenam. Primo, vocat nos voce, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati esitis, & ego vos reficiam. Et iterum: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim vobis regnum celorum. Et autem vox non solum quæ auditur cum sono, sed est etiam vox quædam inspirationis, qua nos Christus vocat penè continuè. De qua ait Psalmista: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Et iterum: Hodie si vocem eius auditis, nolite obdurare corda vestra. Semper enim diuina adeat homini inspiratio, instinctus bonus, atque interna Dei allocutio sancta, vbi, tamen est auditus, nec diuinæ vocis contemptus. Secundo vocat per literas seu per nuncium. Literæ Christi nostri Domini sunt eius Euangelium & sacra scriptura. Numeri eius sunt sancti prædicatores. Quibus in persona dixit Apostolorum: *Sicut misit me Pater, & ego misi voces ad prædicandum. Ecce ideo dicit alibi quoque: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit. Tertio, vocat nos manus, puttu aut signo. Manu vocare, est beneficij inuitare. Bonitatem enim nobis sapienter ostendit in beneficij præsentibus, ut futura eo securius celestia speremus. Nutu vocare, est quando aliena videmus aut prospera aut tristia, unde discimus Deum iratum aut placatum, significaturque nobis in euentu alieno, quid nostræ conueniat saluti. Nam si hominem in peccatis viuentem subito inuenieris aut inopinata mortuum, quid tibi hic loquuntur euentus tristis, nisi ut vitam tuam corrigas, à peccato contineas, nulloque tempore in peccato inueniari per se feraræ mortalis, ne tibi similia deteriore raye contingent? Quapropter Christus cum sibi nunciatum fuisset quorundam**

tundam Galilaeorum sanguinem mixtum esse a Pilato cum sacrificijs eorum, dixit: Putatis quod hi Galilai pro omnibus peccatoribus fuerint, qui statim a passi Lucas 23.  
fuerint? Non dico vobis: sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis, sicut illi  
deinceps & post quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis qui ipsi debito- Ibidem.  
res fuerint prater omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed nisi  
penitentiam egeritis, similiter omnes peribitis. Signo denique vocat, id est, tri- Deus vobis  
signo ad se  
vocet.  
bulatione. Scimus namque propterea a Deo tribulationem nobis mitti, Scriptum est: Impie facies eorum in gnomina, & Psalm. 12.  
qua redeamus ad ipsum, sicut scriptum est: Impie facies eorum in gnomina, & Idcirco dum tribulationem aut infirmitatem  
tempus intelligamus oportet nos a Domino moneri atque reuocari. Facia-  
mus igitur quod faciebat Psalmista: Tribulationem, inquiens, & dolorem inue- Psalm. 114.  
ni, & nomen Domini inuocavi. Est enim calamitas (vt dixi) quazuis, signum,  
quo terret nos Dominus, vt filios, quos ne pereant, cupit reuocari. Minatur  
enim nobis, terret nos, quia praeservari nos vult a periculo peccatorum,  
quomodo mater filium arcet a flumine, a casu, a sectione, hoc est, a cultro  
la gladio. Hoc modo nobis multifariam loquitur Deus, & vocat nos et-  
iam per creaturas.

Et misit seruum suum hora cœnæ dicere in uitatis ut veni-  
tent, quia parata sunt omnia.

Seruu hic missus chorus est Apostolorum, prædicantiumque ordo. Qui Seruu mis-  
sibus clamans nunciat: Pœnitentia & credite Euangelio. Itemque: Pœn-  
itentiam agite. Et: Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Transfit e-  
st mundum & concupiscentia eius. Itemque: Praterit figura huius mundi. De reli-  
quo quis voces habent, sint quasi non habentes, & qui gaudent sint tanquam non ga-  
udentes. Haec voces quid sunt, nisi servi Domini, id est, cuiuscunque boni præ-  
dictoris vox & clamor, vocantis ad cœlestem cœnam? Hora cœnæ est ultí-  
ma dies mundi. Nos enim, Paulo teste, sumus in quos fines seculorum deue-  
nerunt. Et in fine mundi cœna haec, quando duplum stolam tunc omnes  
accipiente electi, exhibebitur. Potest nihilominus applicari, quod de hora cœ-  
na dicitur, ad hominis ætatem, vt hora cœna dicatur, quando homo iam se-  
nefecit. Tunc enim sœpnumero electos suos qui à rectitudinis via halluci-  
nati sunt, vt resipiscant, reuocat, inducens eis recordationem sua justitiae &  
timorem, finis vita celerem expectationem, mundi gaudiorum fallaciam  
& vanitatem, & præsentis vita miserias, & infelicitatem. Quod vero parata om- Lucas 1. 5.  
& 14.  
nia dicit, intelligi debet per Christum, puta peccatorum remissio, chirogra- Col. 1. 1.  
phi peccati deletio, nostri reconciliatio, regni cœlorum apertio, donorum Mark. 15.  
spiritus S. communicatio, & quicquid aliud est, quod in salutem hominis Luc. 4.  
furit necessarium, in Christi nobis morte paratum est.

Et ceperunt simul omnes excusare.

Excusatio haec non de verbis intelligitur, sed de Operibus. Omnes enim  
sua amabant impedimenta salutis. Quæ tametsi sibi quoque viderentur im-  
pedimenta, his tamen carere aut abstinere noluerunt, sed excusabant se qua-  
si impeditos, qui venire nequirent. Haec autem excusatio vocante prædi-  
catore aut diuina inspiratione, quasi nuncio aut seruo, nihil aliud est, quam  
diuino instinctui, aut humana exhortationi non acquiescere & non consen- Excusatio  
quid in hoc  
loco significatur?  
tire,

tire. Et licet omnes hoc ipsum peccatores faciant, tamen tres tantum, perinde ac tria peccantium genera, aut tres peccandi status, qui se excusarunt, hic recensentur.

Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum.

Villa quid  
mytice sig-  
net.

Per villam dominationem aliquam accipimus atque occupationem terrenam. Quamobrem significari hic intelligimus superbos & ambitiosos, quorum est se excusare. Hi enim superbiae & ambitionis seruientes, citorecipiunt impedimenta, per quae diuinæ inspirationi non acquiescant. Sunt autē de huiusmodi hominibus multi, qui pro tutela honoris sui (ut ipso quuntur) magis autem pro gloria, pro excellentia, & pro superbia sua zelantes, impedimenta animarum admittunt grauias, Dei quoque præceptantibus, ne suas amittant duitias & dominationes, neve æstimatio eorum modico lædatur aut minatur. Et haec impedimenta priuatus eis amor persuaderet quasi licita & necessaria, per quæ volunt & sibi persuadent etiam se excusatos. Rogare enim se haberi excusatum, est aliquam in medium re aut prætendere causam, quare ad suam salutem se non disponit. Omnis enim superbo nihil adest familiarius, quam semper se excusare. Observa verba singula, & quomodo superbiaz vitium in singulis indicetur, inuenies. Superbia enim facit ex consuetudine quasi necessitatem. Qui enim vanam gloriam diligit, quicquid loquitur pro sui excusatione aut defensione cum loqui quasi virgines necessitas impellit. Ideo dicit: Necesse habeo. Quia vero a se digredi, & sui fieri immemor probatur superbus, dicitur etiam exire, scilicet a se, putans se aliquid esse, cum nihil sit. Cum præterea alijs placet, alijs præferri cupit, tunc illum oportet videre, id est, Rudium excoigandrum viarum, quibus id obtinere possit, assumere.

Alter dixit: Iuga boum emi quinque, & necesse habeo probare illa. Rogo te, habe me excusatum.

Iuga boum  
quinque quid  
velint.

Curiositas  
seculi quid  
faciat.

Psalm. 14.  
Hierem. 1.

Iuga boum quinque significant quinque sensus, qui iuga propterea dicuntur, quia sensus omnes generati sunt, ut visus in duabus oculis, auditus in duabus auribus, gustus in lingua & palato, olfactus in duabus naribus, tactus in duabus manibus, licer alioqui per totum corpus diffundatur tactus, & geminari possit, quo ad tactum externum & internum. Iuxta hunc igitur intellectum curiositas sensuum potest intelligi, qua interior homo ad exteriora se effundit, suorum interiorum proflus nescius, alienorum investigator curiosus. Potest nihilominus hic intelligi avaritia. Per iugum quinque boum, quinque vult paria boum significari, que empta volunt probare, cuius occupatione retentus ceperit se excusare, ne ad cenam invitatus vitaeniret, aut potius avaritiæ suam, cum scriptum sit. Non declinet in meum in verbâ malitia ad excusandas excusationes in peccatu. Displacet enim hoc, ut per Hieremiam significatur, gratias Deo, illo per Prophetam dicentes. Ecce ego: audito comendam tecum, eo quod dixeris. Non peccavi.

Et alijs dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Quamuis vxorem duxisse illicitum non sit, tamen cum coniugij sit abusus fre-

## DOMINICAE II. POST TRINITATEM.

468

sus frequentior, vbi copula coniugalis non ad prolem suscitandam, sed ad Coniugij ab-  
voluptatem admittitur, non mirum est, vt per rem iustum (coniugium e- usus quando  
nim aque seruatum non excludit à regno Dei) significetur res iniusta, puta Gregor.  
carnis voluptas seu luxuria. Videte autem quam egregie ad Euangelium al-  
ludit sententia quoque Ioannis in epistola sua, Euangelium enim eos vo-  
lens nominare, qui præcipue mundi speciem tenent, nil aliud quam quod  
laudes dicere videtur: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut  
concupiscentia oculorum, aut superbia vita.* 1. Ioan. 2. Obserua quoque, quod is, qui vxo-  
rem se dicit duxisse, non rogat excusari. Voluptas enim carnis adeo est im-  
portuna, adeo eos quos capit semel, absorbet, ut honestatis & verecundia  
immemores non solum non excusent, verum etiam ultro conficeantur  
quasi necessitatem, desperando dicentes: Non possum continenter viuere.  
Quod quid aliud est, quam non possum ad cœlestem cœnam venire.

Et reuersus seruus, nuncianit hæc domino suo. Tunc ira-  
tus pater familias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos  
ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos introduc  
huc.

Serui huius denunciatio, est prædicatorum sanctorum gemitus in oratio-  
ne coram Deo plangentium, quod verbum Dei à se prædicatum non inue-  
nit locum, vbi requiescat, aut vbi faciat fructum. Idcirco Paterfamilias i- Ira Patria-  
fatus, non passione iræ seruantis, nec affectione vindictæ, sed voluntate &  
milia quid.  
zelot tranquillo iustitia, malum punire volentis. Quia vero prior inuita-  
tio seu legatio serui præcipue fuit ad principes synagogæ, scribas & phari-  
sax atque seniores, qui, vt dictum est, excusarunt se iterum: nunc seruus  
mittitur ad simplices & illiteratos, hoc est, ad piebem Iudeorum iubeturq;  
cito exire, & introducere ad cœnam cæcos, id est, indoctos & infios, paupe-  
ris, id est, donis spiritualibus destitutos, & mundo despctos, debiles item ad  
bene operandum, & claudos, id est, insuffabiles. Sicut enim Gregorius dicit: Gregor.  
Sæpe infirmi, & in hoc mundo despcti, tanto celerius Dei vocem audiunt,  
quanto in hoc mundo non habent, unde delectentur. Erat autem propterea  
cito cendum, quia pro saluandis animabus, non debet interuenire mora,  
aut negligencia.

Et ait seruus: Domine factum est ut imperasti, & adhuc lo-  
cus est.

Quasi diceret: Quos vocari iussisti, & qui ex plebe Iudeorum sunt conuer-  
tendi, iam sunt ad fidem introducti. Intravit enim frequentia Iudeorum  
ad Dominicam cœnam: sed locus est, quo adhuc recipiatur etiam numero-  
sus Gentium. Ira enim factum est. Nam Paulo & Barnaba ad synagogas  
Iudeorum intrantibus, & Dei illis verbum annunciantibus, cum refixerent  
Indi his qua dicebant à Paulo, dixit Paulus: *Vobis, scilicet Iudeis, oportet  
bat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulisti illud, & indignos vos inducatis a-  
ternavite, ecce conuertimur ad Gentes, vobis repudiatis, vt ad cœnam æternæ  
vitæ vos vocemus.* Actos. 13.

MMM 3.

Et

Et ait Dominus seruo: Exi in vicos, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

Mittitur hic chorus prædicatorum ad populum gentilium, populum sine lege, rudem, & inciuilem: ideo ad sepes, & vicos ire iubetur, & eos compellere, hoc est, rationabili persuasione inducere, ut intrare ad cœnam dominicam consentiant. Compellere debent prædicatorum populum ad salutaris, quomodo Apostolus ad quendam horum ait: *Prædicta verbum in sua opportune, importune, argue, increpa, obsecra in omni patientia.* Compelluntur autem, non quia nolentes intrant, sed quia eorum mutatur voluntas, Deo ad hæc mædia debita ordinante, ut velint iam quod ante noluerunt. Per infirmitates enim & aduersitates illos plerunque inducit, ut salutaribus monitis assentiant.

Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Per ingratitudinem indigui cœna & celestis facti sunt, quoque vocati venire noluerunt. Quamobrem postea cum libenter etiam intrare voluerint, non poterunt. Obseruemus igitur filij charissimi vocationem nostram, & in omnibus que nobis accidunt, aduertamus quare nobis hæc misericordia: Deus: quæ sit item voluntas eius beneplacens, & perfecta, ut hanc non negligamus, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

### SERMO IN EADEM DOMINICA.

*In quam multiplici sunt generi, qui à Domino vocantur.*

**H**omo quidam fecit cœnam magnam & vocavit multis. *Lucæ XIII.* Hæc illa cœna, quam suo nobis sanguine preparauit Dominus & redemptor noster Iesu Christus, in cruce pro nobis moriens. Ibi enim pro nobis occisus est vitulus sanguinatus, in coniuvium nobis paratus, in spiritualem cœnam præfensis virtutem, qua introducemur in cœnam celestem. Hæc ad passionem iturus, discipulis quoque suis promiserat, dicens: *Vos eſtu, qui permaneſſis mecum in tentationib⁹ meis.* Et ego dispono regnum, ut edatu & bibatu super mensam meam. Et iterum: *Vado parare vobis locum, &c.* De hac cœna quoque loquitur, vbi dicit: *Beati sunt servi illi, quos cùm venerit Dominus, inuenient vigilantes.* Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet eos discubare, & transiens ministrabit illi. Ut igitur breuiter dicam filij, cœna hæc vita est æterna, qua omnes electi epulantur, requiescentque à laboribus suis, pleni gaudio, quiete, ac felicitate perpetua. Hæc autem cœna, hoc cœlestis coniuvium, ut Augustinus ait, duabus instauratur ferculis, in absentia scilicet omnis mali, & in affluentia omnis boni. Quæ fercula iuxta diui Bernardi sententiam, tam magna sunt, ut mensurari non possint, tam longa, ut non possint terminari, tam multa, ut non valeant numerari, tam preciosa, ut non possint estimari. Id enim quod promittit Deus, ut verbis utrū Augustini, fide non capitur, spē non attingitur, charitate non comprehenditur, defidēria & vota transcedit, acquiri potest, estimari non potest. Illud enim est solū,

*Ioan. 19.*

*Lucæ 22.*

*Ioan. 14.*

*Lucæ 12.*

*Cœna Dei  
quæ sit.  
Apocal. 14.*

*Augustin.  
Fercula duo  
cœna Dei  
quæ sit.  
Bernard.*

*Augustin.*

lum, verum & summum bonum, quod non de creatura, sed de creatorē con-  
cipitur. Quod cūm acceperis, nemo tolleret a te, cui comparata omnis aliun-  
de sucedit, miseror est, omne decorum feedum est, omne postremo quod  
delectare potest, molestum est. Ad hanc cœnam vocavit generaliter om-  
nes, qui neminem vult perire: singulariter autem multos, eos scilicet, qui  
bus singularia dona, singulariaque contulit beneficia, atque auxilia ad salu-  
rem. Beati igitur qui ad cœnam hanc nuptiarum agni vocati sunt, beatiores Apocal. 19.  
qui perueniunt, miserrimi planè qui venire renunt. Sunt enim qui excusa-  
re se Euangelio narrantur, quorum excusatio nulla est alia, nisi quod tē-  
poralia præterunt cœlestibus. Debet itaque Christianus omnis vocationem  
suam intelligere, debet quæcumque sibi eueniūt, de manu Dei suscipere, Deo Pet. 5.  
quod ad salutem sibi hæc miserit, credere, sub ipsius potenti fē humiliare  
manū, atque iuxta vocationem suam Dominum sequi. Certissimum igitur  
fili tibi hoc sit, si Deo cupias seruire, si eius mandata & beneplacita fa-  
cere, te secure, fidelerisque de eius manu accipere, quicquid tibi miserit il-  
le, quicquid super te venire permiserit, quicquid dederit, quicquid sub-  
traxerit, siue consoletur, siue affligat, siue te attrahere, siue projicere vide-  
atur: tu modo illi confide, & quod tibi euenerit, de manu illius accipe. Vi-  
depræterea & expende, quid tibi boni ex hoc possis procurare. Quicquid  
eum tibi à Domino mettitur, in salutem tuam mittitur. Tu modo eo sic v-  
tere, ut salutem tibi sit quod tibi missum est. Nec tuum est discutere, per quem  
tibi Dominus mittat, aut afflictionem, aut consolationem, sed mittentis tu  
inspicie autoritatem & prouidentiam, attende charitatem, & disce quid ex  
illo quod euenerit tibi, sit lucrandum. Hoc enim modo efficies, ut tentatio-  
nes quoque & pericula omnia te vocent atque trahant ad Deum, quæ alio-  
qui a Deo videbantur retrahere. Obserua tamen quod ad hanc cœnam in-  
trare te oportet cum ueste nuptiali. Quia uestis sit nuptialis, nemini puto alia habenda  
non esse notum, nempe charitatem. Sine hac enim, ne martyrium quidem Pet. 5.  
prodest potest ad salutem. Hac est autem, inquit, in epistola Ioannes, chari-  
ta Dei, ut mandata eius custodiatur. Qui autem seruat mandata eius, ut idem di-  
cit, in illo manet, & ipse in eo. Christus quoque: Si diligitis, inquit, me, man- Pet. 5.  
data mea seruate. Deum enim diligere conuincitur, quisquis eius non seruat Ioan. 14.  
mandata. Non igitur diligamus linguam tantum, sed opere & veritate. Qui enim fa- Pet. 5.  
tetur diligere Deum, nec mandata eius obseruat, mendax est. Eam ob rem Pet. 4.  
quam diues quidam Christum interrogasset, quid sibi foret faciendum, ut  
vitam posset ingredi æternam, hoc est, ut cœnæ illius sempiternæ fieret  
pariceps, quid audiuit? Profecto hoctantum: Si vis ad vitam ingredi, serua Matth. 19.  
mandata Dei. Scimus nisi Christi redempcione nobis non patere ianuam  
regni caelestis. Scimus quoque Dei mandata nobis esse tradita, non ut ea-  
dem duntaxat sciamus, sed ut faciamus etiam: Non enim auditores legis, sed Rom. 2.  
filius legis iustificabitur apud Deum. Et nisi Dei obedierimus mandatis, extra  
statu nos constitutimus salutis. Itatq; Christi sanguinis redemptio nobis pa-  
rata, cum nihil restet nobis aliud necessarium quo saluemur, hoc est, quo Ioan. 7.  
a morte transcamus ad vitam, nisi ut seruemus mandata Dei (qua seruans  
uantes non peccabimus aliquando) cur circa alia inania, & infructuosa  
tam multa occupamur? Quare non omnem nauamus operam, quare  
MMI. 4. omnia

Euenientia  
cūcta de ma-  
nu Dei susci-  
pienda.

Matth. 12.

Vestis nup-  
tialis.

non alia habenda

non esse notum

nempe charitatem

Sine hac enim

ne martyrium quidem

prodest potest ad salutem

Hac est autem

in epistola Ioannes,

charita Dei,

ut mandata eius custodiatur

Qui autem seruat

mandata eius, ut idem di-

cit, in illo manet, & ipse in eo

Christus quoque:

Si diligitis, inquit,

me, man-

data mea seruate

Deum enim diligere conuincitur,

quisquis eius non seruat

Ioan. 14.

mandata

Non igitur dilige

matam

Qui enim fa-

ctetur diligere Deum,

nec mandata eius obseruat,

mendax est

Eam ob rem

ioan. 4.

quam diues quidam

Christum interrogasset,

quid sibi foret faciendum,

ut

vitam posset ingredi

æternam, hoc est,

ut cœnæ illius

sempiternæ fieret

pariceps, quid audiuit?

Profecto hoctantum:

Si vis ad vitam

ingredi, serua

Matth. 19.

mandata Dei.

Scimus nisi

Christi redemp-

cione nobis non

patere ianuam

regni caelestis.

Scimus quoque

Dei mandata

nobis esse tra-

dita, non ut ea-

dem duntaxat

sciamus, sed ut

faciamus etiam:

Non enim auditores

legis, sed Rom. 2.

filius legis iustifi-

cabitur apud Deum.

Et nisi Dei obe-

dierimus mandatis,

extra

statu nos consti-

tutimus salutis.

Itatq; Christi

sanguinis

redemptio

nobis pa-

ratia, cum

nihil re-

stet nobis

aliud nece-

ssarium quo

saluemur,

hoc est, quo

Ioan. 7.

a morte trans-

camus ad vi-

ta, nisi ut serue-

mus mandata

Dei (qua seruan-

tes non peccabim-

us aliquando) cur

circa alia inania,

& in fructuosa

tam multa occu-

pamur?

Quare non omni-

em nauamus ope-

ram, quare

MMI. 4.

omnia

omni vigilancia non sumus solliciti, quomodo Dei perficiamus præcepta? Mandata enim Dei seruare, sanctas animæ est. Mandata Dei seruare, ad dies felicissimos perducit, Quis enim vestrum est filij, qui non diligit dies bonos, & vitam longam? Adhuc semel interrogo: Quis vestrum est, qui non diligit dies beatos? beatos dies dico, vbi nulla est tristitia, nullus timor, nulla offensio, vbi pax, gaudium, & securitas) & vitam, non dico longam, sed sempiternam? Neminem profecto scio, qui hanc non velit, qui non optet, aut qui pro hac non preceatur: quandoquidem omnium laborum nostrorum est finis vita beata. Enumera iam hominum negotiorum, militum, scholasticorum labores & incommoda. Quos si interrogauero, quare hæc faciant: respondent se hæc pati, vt dies aliquando bonos, & vitam obtineant quietam. Atteridite filij, si labores hic magni assumuntur proper quietem aliquando perfruendam, non diu duraturam, quanti sunt labores tolerandi propter dies bonos, & quietam vitam, imo propter felicem & beatam nunquam finiendam?

Referuntur autem in Euangelio in triplici genere homines ad conam vocati. Quidam enim vocati sunt, sed non venerunt. Quidam vocati veniunt. Tercii compelluntur vi intrent. Primi qui vocantur & non veniunt, sunt hi, qui in triplici quoque ordine hic enumerantur, quemadmodum in epistola sua Ioannes eos insinuat, in tribus peccatis virtuosa vita comprehendens, cum dicit: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est cupiditas oculorum, aut superbia vita. Sic Christus tres hinc narrat vocatos, qui noluerunt venire, superbum scilicet & curiosum, seu auarum & luxuriosum. Ad hæc enim tria genera peccatorum alia quæcumque reducuntur. Nequit enim hi soli non veniunt ad conam Domini, sed non veniunt etiam alii peccatores in peccatis perseverantes. Non enim mentitur Apostolus vbi Corinthiis scribentes, dicit: Nolite errare. Neque enim fornicarij, neque id lis servantes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum conubiores, neque fures, neque subri, neque ebriosi (estne hoc etiam peccatum), hodie filij esse ebriosum? neque maladici, nequeratores regnum Dei posse debent. Ad Galatas quoque scribentes manifesta inquit, sunt opera carnis, qua sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulaciones, ira, rixa, dissensiones, secta, mūsica, horu dia, ebrietates, comeditiones, & his similia, quæ prædicto subi, sicut prædicti, quoniam qui talia agant, regnum Dei non consequentur. Itaque hi omnes licet v. cati, non tamen intrant (sunt inveniunt fuerint) ad celestem conam, hoc est, ad æternam beatitudinem.

Secundi qui vocantur & veniunt, sunt pauperes, quo verum apparet quod Apostolus dixit: Infirmam mundi elegit Deus quo confundat fortia. Divites enim & potenter, docti ac sapientes mundi, cum habeat unde in hoc mundo florent, ut propter ceteris præstantiores, superbiunt, & parum de cona futura vita cogitant, præsentibus contenti. Magis enim eos præsentes temporis opes, latitiae & honores conseruantur, quam spes futurorum. Adeo enim his quæ vident, inhiant, ut ad futura, quæ à prædicatoribus sanctis prædicantur, vix aduentant. Pauperes vero quo maioribus calamitatibus, premuntur, eo humiliores sunt. Aequo igitur peccatores intelligi possunt & qui vocati veniunt, & qui venire conténnunt. Sed hi peccatores sunt superbi,

Lucz 14.  
March. 22.  
Lucz 14.

Ad conam  
Dei vocato-  
rum genus  
triplex.

z. Iohann. 2.

1. Cor. 6.

Galat. 5.

1. Cor. 1.

## DOMINICAE II. POST TRINITATEM.

466

perbi, qui scipios ignorant, elati & magni in oculis suis, & ideo sui vocati- Estie 4.  
onem contemnunt. Illi vero, quia scipios peccatores esse cognoscunt, sunt  
humiles & veniunt. Peccatores itaque superbi respuntur, humiles eligun-  
tur. Hi autem qui vocati veniunt, hic in quadruplici ponuntur differentia. Lucas 14.  
Siquidem nominantur hic pauperes, cæci, debiles & claudi. Pauperes sunt,  
qui nihil à se præter peccata habere cognoscunt, in oculis suis vacui virtu- Pauperes qui  
asim sint vo-  
tibus, inopere graria de suis viribus non præsumunt. Hi itaque quia hunni-  
cati.  
les sunt, ad Dni coenam idonei introducuntur. Debiles sunt, qui ex timore, Matt. 26.  
vi Petrus, & fragilitate delinquent. Sunt quidam voluntatis plerumq; bo- Marc. 4.  
nx, sed non adeo fortes, quin turbine tentationum accedente vacillent, aut Lucas 22.  
succumbant. Hi quoque suam agnoscentes fragilitatem, dum ad Dominum Debiles vo-  
clamat, & in adiutorio habitant altissimi, mox resurgunt, & ad coenam  
veniunt. Tertij sunt cæci, qui per ignoranciam peccant. Inter quos se Pau- Psalm. 19.  
lus constituit, dum Timotheo scribit, se aliquando fuisse persecutorem, Cæci vocati  
qui.  
blasphemum & contumeliosum. Sed ideo, inquit, misericordiam cōe. utus sum, Timoth. 1.  
qui ignorans fessus in incredulitate. Quarto loco nominantur claudi, id est, clau- Claudi qui quis  
sint vocati.  
dantes. Vellent hi quidem saluari, sed à delictis se continere nō possunt,  
quia amor priuatus in eis nimius est, nec sibi vim possunt inferre quemad- Matt. 11.  
modum scriptum est: Regnum celorum vix patitur, & violenti rapiunt illud. Augustin.  
Tertii sunt, qui compulsi veniunt. Felix, inquit Augustinus, necessitas, quæ Seneca.  
ad meliora compellit. Et Seneca: Infirmatæ mæz gratias ago, quæ coegerit Necessitas  
men non posse, quæ non deboe velle. Hi itaque compelluntur intrare, qui- felix quæ  
bus amaritudines aduersitates. Dominus mittit, propter quas illis, aut Osee 1.  
peccare non liber, aut ex illis, vt non etiam possint, impedimentum obsti-  
tar. Itaque in hoc genere intelliguntur hi, qui peccare quidem volunt,  
sed aduersitatibus impediuntur. Vnde contingit lepenuero, vt in se re-  
deant, & malitiam suam arguant, & corrigant. Proinde in Osee peccatrix Osee 2.  
anima introduceatur, fornicatur, à Deo suo, dicens: *Vadam post amatores me-*  
*os, qui dant mihi panes meos, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum*  
*meum, & patum meum.* Cui Dominus respondens, Propter hæc, inquit, *sepiam*  
*vias tuas spinis, & sepiam eam maceria, hoc est, ego circundabo te necessitatibus,*  
*& concudam angustijs & calamitatibus, vt ad iniuriam tibi, tametsi ve-*  
*lis malum agere, via non pateat.* Propterea sequitur: *Et semitas suas non im-*  
*uenier. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & queret eos, & non in-*  
*veniet.* Sed quid, inquis, prodest illi vias habere à Deo sibi conclusas, nec ad Osee 3.  
amatores, cum quibus fornicaretur, possit venire, quamdiu prauitas in ani-  
mo dominatur, nec malitia fuerit correcta voluntatis? Ad hoc, inquam, il-  
li prodest, vt videns etiam in malis suis, quallem optat, senon habere felici-  
tatem, tandem resipiscat, tandem det illi vexatio intellectum, tandem Isaia 4.  
semias fe à suis delectationibus derelictam, dum etiam viro suo, hoc est,  
sponso suo Domino Deo est destituta, cuius amore deberet soueri, custodia  
protegi, & vigilantia gubernari. Hunc verò, quia iam reliquit, etiam se sen-  
tit derelictam, & iucunditate peccati carens (quam quæsierat) calamitatibus  
verò infeliciter præssa, nusquam, id est, neque à Deo, neque à mundo inue-  
nit consolationem. A mundi enim consolatione animam illam excludit  
miseria & calamitas, & diuina peccatum, seu inquinata conscientia. Redi-

NNN ens

ens igitur in seipsum suam plangit infelicitatem, suam insipiētiā, suam ingratitudinem & malitiam. Porro de sponsibonitate confidens, redire ad

Osee 2.

illum decernit, dicens: *Vadam & reuertar ad virum meum prōezm, qui a bene mīhi erat sūne, magis quā nūc.* Videsne quomodo per hoc, quod viam eius De-

Ecole. 18.  
Psalms. 31.

us spinis sepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari solebat, amaritudinibus repleuit, quod post concupiscentias suas eam abire non finit, quod eam

dēlinquere volentem virga corripuit, quod in chamo &amp; frāno maxillam

eius conſtrinxit, illam ad ſui cognitionem, ad refiſcentiam reduxit? Vi- des iam quod abſque vi illata, feruata animi libertate hæc anima immu- ta eft, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Dēū redire compulsa eft?

Lucx 15.

Similem quoque parabolam habemus Euangelicam de filio prodigo, qui a patre ſuo patrimonio accepto, in regionem profectus longinquam, toum

hoc quod accepit, in mererriceos turpesq; ac ſuperfluos vius profudit. Cum

itaque consumbris omnibus, iam non folū quod luxui, verū quod ne- cefſitati etiam opus eſſet, non haheret, cuiam adhæſit, feruens illam

cuſtodiendi porcis. Vbi ingravescere fame ad tantam eft inopiam tan- dem redactus, vt de ſiliquis porcorum ventrem cuperet reficere eſurientem, ſed nemo illi dabat. Fames igitur &amp; calamitas quam patiebatur, illum

in ſe reduxit, vt videret inſipientiam ſuam atque ſuum cognoscere errorem. Quocirca in ſe reuerlus dixit, *Quanti mercen. rī. būndant in domo pāri- mei paubus, ego autem hic fame pereo? Surgam igitur & ibo ad patrem meum. & di. am ēi: Pater peccauis in teum & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tau- ſi, ſed fac me ſicut: vnum de mercenariis tuis.*

Vides quid ille profuerit famē & ca- lamitas? Nunquid enim ſcelerum ſuorum, dum ſumptus adluac ad peccatum patrimonium ſuppeditaret, illum pœnituit? Num ad patrem tunc ſibi redeundum ſtatuit? Minime. Ceterum vbi nibil ei non defuit, vbi mi- ſeriā expertus eft, vbi infelix hic eſſe coepit, penitentia ad patrem ſalubri

Cōpellī in-

trare quinam dicantur. Conſilio ſtatuit redire. Occaſiones igitur dum diuina misericordia nos con- uertendi querit, dum per multa occurrentia vel aduersa vel incunda ex

noſentibus, nos (ſalua noſtra libertate arbitrij) volentes facit, dicitur com-

pelle nos intrare. Beati qui ſic compelluntur, vt velint. Huiusmodi enim compulſio, non violentia, aut coactio eft, ſed introductio, & blanda, felix

mutatio.

Quam nobis Dominus noster Iesu Christuſ largiatur, qui ellī ſecula benedictus, Amen.

### DOMINICA III. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epifola, I. Petri V.

**A**U miliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exalteſt in tempore i-  
nterationis. Omneſ ſollicitudinem vſtrām projeſtientes in eum,  
quoniam ipſe cura eft de vobis. Sobri eſtote & vigilate, qua-  
dū aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumuit, qua-  
nem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem pa-  
rem eī, quā in mundo eft, vſtra fraternitatē fieri. Deus autem omnis grātia,  
qui uocauit nos in aeternam ſuam gloriam, in Chriſto Iesu modicum paſſo, iſe  
perficit.

EHO

M M M